ĳs Smaragdi, ut tamen apparet ex alieno eſt quod placet Auro incluſę decorant. Aurūq; nullæ magis decent. Quę ſunt earum pulchriores oleo, unguento, & etiam mero colorem pdunt, uiliores cōſtantius reſiſtunt neq; eſt mutabilior alia, aut mēdatior uitri.

De Praſio.

¶Praſius plebeia gemma, uiridātium turba eſt. Cuius alteꝶ eius genus ſanguineis punctis adhęret. alterum uirgulis diſtinctū̄ cādidis, ut Cymbia ex eo fiāt (poculi id genus eſt pcerum, ac nauibus ſimile) uti et noſtra ætate aliqua uidimus. Fiunt ex eo Cylindri celerrimi, India hos generat, Germaniaq; locis frequentib9, p̄cipue in iugis quibuſdā Miſnę, ab ĳs q metalla eruunt, iueniunt. Aiunt em̄ facultatē cōfortādi uiſum eſſe. Inſup cum Smaragdo uires cōes habere. Sed tamen ab icolis nō magnę in hōore eſt habitus.

De Heliotropio.

¶Heliotropium ſimili modo porracei coloris eſt, ſed nubilo & repreſſo ſanguineis uenis diſtincta. Certamen diu fuit, que nā eſſet generis huius eminentiſſima. Depræhenſumq; eſt documentis plurimis Æthiopiā aut Lybicā palmā tenere. Nomen ex eo trahens, ꝙ deiecta in uas aquę fulgorem ſolis accedentem pcuſſu ſāguineo mu

 tat maxime